

2431

C O D I C E S

2432

est obseruatum. ut bini ultimi versus per antbetita finiantur. Sunt Hildeberti Cenomanensis, legunturque

in edit. supracit. col. 1336. vel potius Ausonii; sed versus 1. nobis rectius:

Quenam summa boni? mens que sibi conscia recti.

quam ibi:

Quæram summa boni? quæ mens sibi conscia recti.

Ita et in sequentibus, quæ indiscriminate sine *Sapientum* nominibus adscripta sunt, habes, unde *Ausonium Iul. Floridi Paris. 1730. 4. emendes. Ita in Pittaco superbus pro superbis, comparas et probas pro compara, proba genuinum videtur. In Thalete distuleris pro iustuleris, Satis hoc pro Satis est. Plerumque tamen Edita nostris præstant.*

VIII. fol. 134. p. 2. Absque ulla distinctione *Ausonianis* Sapientum *Sententiis* adnexæ sunt aliae XXIX. Distichis comprehensæ, quarum Autorem inter christianos *Bibl. P. P.* Poetas non reperio. Pars prior de Selectu et Conuiu Amicorum tractat hoc initio:

*Cuius uita proba est illi conuiuia iunge.
Ne capiare cibus. et maculare (ere) gula.
Pascuis non isdem. sues sociantur et agni.
Nec spurcis auibus. sancta columba coit &c.*

Pars altera diuersa monita complectitur et init:

*Sume libens monitus haurique salubria uerba.
Que regimen sane sobrietatis habent.
Rumigera (Rumina) mandata dei uelut optimus agnus.
Verba (que) iusticie fertile pectus alant &c.*

Ad calcem de suo addidit extemporalis Librarius:

*Explicit hic carmen dicatur ab omnibus Amen.
Post scriptum librum scriptor digne bibe uinum.*

DCXXXVII.

68 Codex, membraneus lat. Sec. XV. Folior. 212. f. per duas co-

lumnas caractere luculento exaratus et rubricatus complectitur XI. Opuscula ascetica, quorum Elenchus fol. 1. proffat. Primum inscri-

2433

A S C E T I C I:

2434

inscribitur: *Candidarius anime*,
cujus Prooemium sic incipit: *Pro-*
fectus religiosi in septem distingwi-
tur processibus &c. Divisum est in
Capitula XCVII. quorum Index ad
calcem subtexitur. Autorem ad-
gnoscat D. *Bonaventuram* Card.
et Ep. Sec. XIII. scriptorem, le-
giturque in ejus *Opp.* editione
Lugdunensi 1668. f. T. VII. p.
574. ubi *Librum secundum de Pro-*
fectu Religiosorum agit, et in *Ca-*
pita LXXVIII. contractum est.

Alterum Opusculum orditur
fol. 51. fine epigraphe, quae in
Elencho est: *De conuersatione ex-*
teriori quam Religiosus debet ha-
bere. Initium est: *Primo considera-*
re debes quare veneris, ad quid ve-
neris &c. Clausula: *Explicit liber*
de reformatione exterioris hominis.
Autor iterum *Bonaventura*, cujus
Tomo supracit. p. 613. legitur ti-
tulo *Partis I. de Institutione No-*
uitorum, divisum in *Capita XLI.*
In *Cod.* nostro *Capita* non nume-
rantur; adtexta sunt tamen duo
De fuga seculari et *Jeronimus ad*
rusticum de seruanda communi con-
swetudine, quae in impressis non
habentur.

Tertium Opusculum incipit *fol.*
58. hac rubrica: *Incipit liber de*
formacione interioris hominis. Prin-
cipium: *Collaciones meas quas (pro)*
exhortatione ad nouicios nostros &c.
Est rursus *Bonaventurae*, extatque
T. cit. p. 557. ubi *Liber I. de*
Profectu Religiosorum inscribitur.
Neque hic *Capita* nobis numeran-
tur. Ultimum vero sub epigraphe
De remediis luxurie, quod in im-
pressis terminatur: *quando ad ter-*

rena eas dimittimus, hostis roboratur,
nobis ad 30 lineas ultra pro-
currit, quibus *Oratio Dominica*
commendatur hac clausula: *ubi vult*
terminet uel inchoet uel repetat
sicut placet.

Quartum Opusculum *fol. 80.*
est sub hac Rubrica: *Incipit tra-*
ctatus de forma perfectionis religio-
forum. Initium: *Beatus homo quem*
tu erudieris domine &c. constat *Ca-*
pitibus VIII. legiturque *T. Bona-*
uenturae cit. p. 631. sub titulo:
Opusculum de perfectione vitae ad
sorores.

Quinti Opusculi *fol. 91.* p. 2.
haec nobis inscriptio est: *Incipit*
ad religiosum filium ammonicio pa-
terna senioris. Audi fili ammoni-
cionem patris tui &c. *Capitula* sunt
XIII. Finis: *que preparauit domi-*
nus hijs qui diligunt eum. Autor in-
certus. Inter *Spuria Basilii M.*
edit. *Maur.* in append *T. II.* p.
706.

Sextum Opusculum *fol. 99.* sic
procedit: *Incipit libellus de veris*
et perfectis virtutibus religiosorum.
Sunt quaedam vicia quae ut fre-
quentex speciem virtutis assumunt
&c. Constat praeter Prooemium
§§. XLIII. diuersarum virtutum et
vitiatorum nominibus insignitis, pu-
ta: *De Karitate. De humilitate.*
De superbia mentis. De obediencia
&c. Finis: *quia omnes vnite sunt in*
dei gratia qui solo verbulo condidit
uniuersa Amen. Autor diu frustra
quaesitus.

Septimum opusculum *fol. 123.*
p. 2. hanc rubricam praefert: *Incipit*
breuiloquium de penitencia.
Dividitur quasi in tres Partes,
qua-

2435

CODICES

2436

quarum prima de Poenitentia, secunda de Contritione et Confessione, tertia de Satisfactione tractat. Initium est: *Quoniam prouida solertia est iugiter meditari necessaria ad salutem &c.* Finis: *Et hec ad presens sufficiant de predictis. Explicit breuiloquium de penitencia.* Neque hujus Tractatus Autore reprehendere licuit.

Octauum Opusculum ἀνεφάλον est, sed in Elencho Codicem praecedente inscribitur: *Tractatus Magistri Hainrici de Oyta de articulis fidei et de sacramentis.* Incipit vero fol. 166. p. 2. *Postulat a me vestra dilectio, ut de articulis fidei &c.* et finit: *Ad quam gloriam nos perducatur qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum Amen.* Henricus de Oyta, aliis Euta, Otta &c. Friso, mortuus apud nos an. 1397. de quo videri potest *Scriptor. Univ. Vien. Pars. I. Sec. I. p. 58.* fuit quidem, Trithemio de *Scriptt. eccl. C. 687.* teste, *gymnasia Wienensis in Austria unicum decus et complantator* (cum Henrico de Hassia) a principio, non tamen autor hujus Opusculi, quod *Thomae Aquinatis* cum in *Collectione variorum Tractatum Aug. Vindel. à Gunth. Zainer* circa 1473. f. editorum, tum in edit. *Opp. omn. Romae 1570. T. XVII. p. 61. f.* adtribuitur.

Opusculum nonum rursus ἀνεφάλον in Elencho adpellatur: *Dialogus Magistri Mathei de Cracouia de sacramento altaris.* Incipit fol. 174. hac ratione: *Multorum tam clericorum quam laycorum querela non est modica &c.* Finit vero:

ad quam consequendam pro viatico datum est nobis corpus domini nostri Jesu christi Qui cum patre et spiritu sancto &c. Editum est cum f. l. et a. 4. tum *Memmingae 1491.* et 1494. item *Parisiis 1497.* titulis paullum diversis: *utrum deceat Sacerdotes continuare Missas, vel laicos frequenter communicare. De accedendo ad altaris Sacramentum &c.* De Autore non Polono sed Pomerano ex Profapia de Krokow, mortuo 1410. episcopo Wormatiensi confer praeter *Trithemium c. 654. Fabricii Biblioth. T. V. p. 48.* et *Bob. Balbini Bob. doct. ex edit. Cl. Raph. Ungar. P. II. p. 284.*

Opusculum decimum, cujus titulus iterum in Elencho quaerendus est, ibi inscribitur: *Magister Hainricus de Hassia de contemplatione,* incipitque fol. 185. his verbis: *Anima mea noui semper quod curiosa sis rimando quae foris sunt &c.* finit vero: *intelligas rerum originem, ordinem, et te media earum mirifica in finem vltimum reductionem.* Prodiit opera *Jac. Wimphelingii Argent. 1504. 4.* post editionem *Sec. XV. f. l. et a.* pariter in 4. quae titulum praefert: *Speculum anime seu Soliloquium.* Item in *Orthodoxographis J. J. Grynaei p. 1607.* Autor est non Henricus ille junior de Hassia Carthusianus, sed Henricus cognomine de *Langenstein* gymnasia Viennensis, ut passim audit, *Plantator,* ibique anno 1397. vivis exemptus, cujus res post *Trithemium c. 684.* et *Fabricium T. III. p. 216.* habes
P.

2437

A S C E T I C I.

2438

P. I. Sec. I. Scriptt. Univ. Vien.
p. 35.

Undecimum demum Opusculum in *Elencho* inscribitur: *Tractatus flecto genua per modum dyalogi*. Incipit fol. 191. p. 2. sic: *Flecto genua mea ad patrem domini mei ihesu christi &c.* clauditurque: *donec intret in gaudium dei mei Qui est trinus et unus &c.* Autor illius *Bonaventura* est, cujus *Opp.* T. VII. edit. *suprac.* p. 105. hac epigraphe occurrit: *Soliloquium de quatuor mentalibus exercitiis &c.* Habetur quidem T. VI. p. 4. *Breviloquium*, quod iisdem verbis exorditur, sed paulo post desleat. Illud hic monendum restat, tria prima supra censita Opuscula in *Bibl. P. P.* edit. *Lugdun.* T. XXV. p. 867. comparere sub nomine *F. Davidis de Augusta* O. M. *Luca Wadingo*, ut ibi notatur, in *Script.* sui Ordinis ita nodum secante, ut dicat, primam eorum texturam *Bonaventurae* adscribendam, incrementum vero et quodcumque in methodo discrimen *Davidis de Augusta* tribuendum.

In calce Codicis legitur: *Explicit arra anime per manus Georji Anno domini. M. CCCC. XXIII. in die sancti Barnabe apostoli.* Tribus itaque diversis, ut vides, titulis ultimum Opusculum olim ferebatur; quibus supra ex *Cod. XC.* quartum addere poteris. Thecae Codicis interius adglutinata sunt I. *Litterae Guilhelmi Ep. Anconitani* executoris mandati Apostolici, quibus potestatem facit *Abbatii monasterii in Runa* Ord. *Cist. Salzburg. Dioec.* absolvendi ab *ex-*
Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

communicatione *Jacobum de Eccling* alias dictum *Reichem*, dummodo assentiat *Bertoldus Alber* dictus *Ungberlein* Rector Parochialis Ecclesiae S. *Johannis. Dat. Basilee clauastro fratrum predicatorum* sub anno domini millesimo tricentesimo octuage - - (Cetera abscissa sunt, sed ex anno Pontificatus supplendum octavo) *lune quarta mensis Novembris Pontificatus sanctissimi domini nostri Urbani P. P. VI. predicti. anno decimo.* II. Epistola *Alberti Ducis Austriae* ad *Ulricum de Walse* Stiriae Praefectum germanica, qua ei litis compositionem inter duos fratres committit. *Der prief ist geben* (notae chronicae abscissae) *nach dem Perchttag*, i. e. post. Epiphaniam. III. Consignatio status oeconomici Monasterii *Sitticensis* O. *Cist.* in *Carniolia*, quae incipit: *Anno domini Millesimo Tricentesimo Nonagesimo Primo sexto Idus decembris nos fr. Petrus Abbas* (abscissum *de Runa*) *filie nostre Sitich nobis in cristo dilecte visitationis impendentes officium &c.*

DCXXXVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. 639
Folior. 124. 4. nitide perscriptus
sequentia continet: I. *Incipit liber qui tractat de forma et modo honeste et bene vivendi religiosorum. Et primo quantum ad hominem exteriorem respectu Noviciorum Siue Incipientium. Secundo quantum ad hominem Interiorem respectu Professorum. Proficientium aut eciam Perfectorum &c.* Initium: *Primo sem-*